



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117859

§.48. Nuptiæ Constantini & Mariæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66091)

confringi & destrui permittimus. (*) Sæcul. VIII.
Ceterum ex toto hoc Tractatu apparet, A. C. 790.
Francos præpostero affectu aduersus Græcos
fuisse occupatos. Nam in multis vix
ullius momenti articulis tricantur, aspe-
ra ingerunt, sophismata atque argumen-
ta ad rem non facientia adhibent.

§. XLVIII.

Nuptiæ Constantini & Mariæ.

Porro aliunde constat, Carolo Regi cau-
sam non defuisse, cur Ireni Impera-
trici irasceretur; cum enim illa jam an- Theoph. an.
no septingentesimo octogesimo secundo 2. p. 384.
misisset, qui a Carolo Rotrudem ejus
filiam Constantino juveni nuptui dan-
dam expeterent, & apud eam remanere Id. an. 9.
jussisset Evnuchum, qui puellam ad lin-
guam & mores Græcorum informaret,
nihilominus post spatum sex annorum
fœdera violavit, & non obstante amore,

L 2 quem

(*) Lenius hic loquuntur Francorum Episco-
pi, & ad veritatem accedunt; nam nec Ecclesiæ
Catholicæ mens est Christianos compellere ad
singularem huic vel illi Imagini cultum exhiben-
dum, est tamen præceptum negativum nec Im-
gines nec eorum Cultores laceſſendi. Ceterum,
ut infra videbimus, his Libris Carolinis respon-
dit, data ad Carolum Regem epistola, Hadrianus
Pontifex, cuius lenitas & prudentia Schisma
declinavit.

Sæcul. VIII.
A. C. 790.

quem Constantinus erga Rotrudem con-
ceperat, invitum ad nuptias cum qua-
dam Armena, nomine Maria, mense No-
vembri, Indictione duodecima, anno
788. compulit. Fuere, qui dicerent,

Menol. Ba- Mariam, humili loco natam, felicissimam
fil. 2. Dec. sortem singulari pietati patrui sui Phil-
reti, cognomento Eleemosynarii, in ac-
ceptis retulisse. Is in Paphlagonia natus,
comparatis sibi manuum labore divitius
postea tamen ad paupertatem redactus,
nihilominus eleemosynas largiebatur,
atque de eo memorabile Charitatis in-
proximum exemplum narratur; cum
enim quidam ejus vicinus, cuius bos
perierat, ad ipsum ruri arantem venisset,
proximi sui calamitate usque adeo tactus
est, ut alterum boum suorum jugo solu-
tum eidem dederit, & ipse laborem
subiens alteri bovi functus aratrum tra-
here cœperit. Neptis ejus ad torum
Imperatoris vocata propinquum opibus
cumulavit, & ipse nunquam non pau-

Menol. Ba- peribus liberalissime de suo tribuens in
17. Apr. optima senectute migravit e vita. Ejus-
Boll. to. 10. dem memoriam Græci secundo Decem-
bris colunt.

Constantino quoque erat Amica San-
cta, nomine Anthusa, Constantini Co-
ronymi filia, quæ nuptias a parente ob-
latas recusaverat. Constantino defun-
cto jam sui ipsius arbitra, omnibus bonis
suis

suis in pauperes, in Monasteria, in redem- Sæcul. VIII.
ptionem captivorum erogatis, etiam pre- A. C. 790.
tiosissimas vestes auro textas sibi detra-
ctas ad ornandas Ecclesias contulit. Hæc
veluti Orphanorum & parvulorum pro-
jectorum Mater miseros colligebat, edu-
cabat, erudiebat. Senes in Hospitiis
collocabat, morientium curam gerebat.
Sæpius ab Irene & Constantino invitata,
ut Imperii particeps esse vellet, constan-
ter renuit, & accepto velamine monasti-
co e manibus Tarasii Patriarchæ Mona-
sterium Eumeniæ ingressa ibidem supre-
mum diem clausit. Ecclesia Græca ejus
memoriam duodecimo Aprilis honorat.

§. XLIX.

Constantinus solus imperat.

Ilo anno quo Constantinus uxorem du- *Theoph. an.*
xit, scilicet Regni sui decimo, JESU 10. p. 391.
Christi 789. ipsius & Irenis Matris jurgia
in publicum proruperunt. Nam cum
Divinatores nequissimi Imperatrici sug-
gessissent, sibi esse exploratissimum, quod
Cœlum Matri non Filio Imperium Ro-
manum destinasset, fæmina, & doman-
dæ ambitioni impar, facile adulationi ces-
sit. Vicissim Constantinus viginti an-
norum juvenis impatientissime ferebat,
se neglecto solum Stauratum Patricium
omnia posse. Ergo Matrem custodiæ
dare & in Siciliam relegare meditatur;